This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Ga
9
877

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Ga 9.877



BOUGHT WITH
THE INCOME FROM THE BEQUEST OF
JOHN AMORY LOWELL,
Class of 1815.
This fund is $20,000, and of its income three quarters shall be spent for books and one quarter be added to the principal.

Received 15 Oct., 1884.

PROGRAMME

DU

COLLÈGE ROYAL FRANÇAIS

1883.

---

1. QUAESTIONES DE TRILOGIA AESCHYLEA. SCRIPSIT JOANNES WETZEL.
2 TABLEAU HISTORIQUE DU COLLÈGE PENDANT L'ANNÉE SCOLAIRE 1882–1883.

BERLIN.
IMPRIMERIE J.-F. STARCKE.

1883. PROGR. No. 55.

.IONES DE TRILOGIA AESCHYLEA.

I.

·m, quamquam multi homines docti iique egregio praediti ingenio ·uerunt et operae et temporis, ita tamen est comparatum, ut permul-iones, quas ad dilucidum perduci posse vix liceat sperari. Persaepe ·n testimonia, quibus unaquaeque disputatio nititur fundamento, ad ·iciendam minime sufficiant. Itaque quae nobis ignota sunt, con-·debimus; et iure illud, modo ne nimia commoti fiducia opiniones ·i quandam veri prae se ferunt, ut unice veras tueamur. In earum numero, quae adhuc dubitationibus sunt obnoxiae, ea quoque mihi ·uae est de trilogia tragica. Quattuor fabulas, quarum tres tragoe-yrica, poetas tragicos Athenis docere solitos esse quis est quin sciat? ·r clarissimus, tragoedias illas non modo una didascalia quae dicitur ·r se argumenti quadam perpetuitate cohaesisse imprimisque Aeschy-·ias unius argumenti in scaenam commisisse affirmavit. Qua de re ·, quem scripsit de Aeschyli Prometheo.[1]) Quamquam God. Her-·i docti ei non sunt assensi, hodie tamen permulti Welckerum secuti ·ata habere solent; ut Freytagius in libro, quem composuit de artis . sic disputat: „Die drei ersten Dramen verband in früherer Zeit ·gende Handlung, welche demselben Sagenkreis entnommen war; sie ·rakter kolossaler Akte.“ [2]) Quod quonam iure sit dictum ut intel-·ius hoc loco inquiramus in rationem trilogicam, quam in fabulis ·s sit Aeschylus.

·ationis ratio duplex esse potest: aut, sicuti Welckerus fecit, pri-·as, quae exstant, deperditarumque fragmenta contemplati, quaenam

[1]) Aeschylische Trilogie Prometheus nebst Winken über die Trilogie. Darmstadt 1824.
[2]) Technik des Dramas. 4. Aufl. Leipzig. 1881. p. 126.

tragoediae et fuerint argumenti perpetuitate iunctae et quas cohaesisse veri simile saltem sit, deinde qualis fuerit universa trilogiae natura, explorabimus, aut a veterum testimoniis, quae de trilogia servata sunt, exorsi Aeschyleam artem cognoscere studebimus. Quae altera ratio magis laudanda. Vereor enim, ne, si priorem ingrediamur viam, committamus, quod logici petitionem principii dicunt, cum in Aeschyli fabulis perlustrandis definitam quandam Aeschyleae artis notionem sumamus, ideoque, quod disputatione erat pervestigandum, iam initio ut certum ponamus.

Primum igitur, quae trilogiae notio ex veterum testimoniis effici possit, nobis statuendum erit, quae tamen quaestio seiungenda non est ab altera, quae est de tetralogia. Iam videamus, quaenam testimonia hac de re nobis sint servata. Sunt vero haec:

1. Diogen. Laert. ubi de Platonis dialogorum ordine verba facit, narrat eos a Thrasyllo per tetralogias sicuti dramata esse dispositos. III. 56: Θράσυλλος δέ φησι καὶ κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδοῦναι αὐτὸν τοὺς διαλόγους, οἷον ἐκεῖνοι τέτταρσι δράμασιν ἠγωνίζοντο, ὧν τὸ τέταρτον ἦν σατυρικόν, τὰ δὲ τέτταρα ἐκαλεῖτο τετραλογία.

2. Scholiastes ad Aristophanis Ran. v. 1153: τὴν τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστείαν αἱ Διδασκαλίαι Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα σατυρικόν· Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος τριλογίαν λέγουσι χωρὶς τῶν σατυρικῶν.[3])

3. Scholiastes ad Aristoph. Thesmoph. v. 142: τετραλογίαν λέγει Λυκουργίαν: Ἠδωνούς, Βασσαρίδας, Νεανίσκους, Λυκοῦργον σατυρικόν.

4. Hypothesis ad Aeschyli Septem: τρίτος Πολυφράδμων Λυκουργείᾳ τετραλογίᾳ.

5. Aelianus in var. hist. II. 30: Platonem tragoedias quoque composuisse narrat: ἐπέθετο οὖν τραγῳδίᾳ καὶ τετραλογίαν εἰργάσατο.

6. Scholiastes ad Aristoph. Av. v. 282: τετραλογίαν Πανδιονίδα Philoclis poetae tragici commemorat.

His igitur locis quattuor fabulas una didascalia in scaenam commissas tetralogiam appellari manifestum est; id vero dubium est, utrum unaquaeque quadripertita didascalia nominata sit tetralogia, an ea tantum, quae quattuor constaret fabulis argumenti continuitate inter se iunctis. Nexas modo fabulas sic appellari contenderunt viri docti, quod, ubi tetralogiae commemorarentur, didascaliae fabulae unius essent argumenti. Verum est, quod dicunt; nimirum cohaerent inter se Agamemno, Choephori, Eumenides Proteumque de Menelai fuisse itineribus veri simillimum est, atque etiam Edonorum, Bassaridum, Neaniscorum, Lycurgi satyrici fabulas argumenti quodam vinculo coniunctas esse apparet. Quae vero huius rei vis est? Non tanta, credo, quantam illi esse volunt. Rectissime enim iam Boeckhium animadvertisse video

---

[3]) Diogen. Laert. III. 61: Platonis dialogos per trilogias quoque esse dispositos tradidit: ἔνιοι δ', ὧν ἐστι καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός, εἰς τριλογίας ἔλκουσι τοὺς διαλόγους.

his locis tetralogiae verbum addi necesse esse, ne oratio ipsa esset manca.[4]) Aliis vero locis, ubi tetralogiae verbo non est opus, non legitur.[5]) Et in hypothesi ad Aeschyli Septem si Λυκουργείᾳ additur τετραλογίᾳ, eandem hic valere rationem nemo non videt, quoniam Lycurgiae nomine utrum una an plures significarentur fabulae, ex ipso verbo intellegi non potuit.

Ex Aeliani vero verbis (II. 30) nihil de tetralogiae vi potest disci. Hoc igitur argumento opinio illa confirmanda non est. Alia vero in eandem disputantur sententiam: Thrasyllum cum Platonis dialogos per tetralogias disponeret, argumento similes coniunxisse, quodque dialogos κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ordinasset, fabulas tetralogiae item argumento cohaesisse concludendum esse. Ne huic quidem opinioni assentiri possum. Etenim qui aliorum opera per tetralogias erat dispositurus, is solum argumentum spectare et potuit et debuit, cum nihil fuisset causae, cur non quaelibet, sed certa quaedam scripta consociaret. Tragicae vero tetralogiae fabulae iam ea sola re unum quasi corpus efficere potuerunt, quod una didascalia in scaenam erant commissae.

7. Restat Suidae locus, omnium vexatissimus, qui his ad certam tetralogiae trilogiaeque notionem constituendam aptissimus, illis, quod Suidam gravissimo implicatum esse errore arbitrabantur, nullius momenti esse visus est. Haec vero dicit s. v. Σοφοκλῆς: καὶ αὐτὸς ἦρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ τετραλογίαν. Quae Suidae verba Boeckhius[6]) ita interpretatur, ut eum dixisse velit: Sophoclem primum fuisse, qui iam non quattuor, sed singulis certaret fabulis, ut singulae docerentur, iudicarentur, vincerent. Assensus est viro docto Karstenius[7]), qui multa affert exempla, quibus idem praepositionis usus demonstratur; ut Aeschyl. Eum. v. 576 (ed. G. Herm.):

ἐπὸς δ' ἀμείβου πρὸς ἔπος

Aristoph. Nub. 1374 ... Κᾆτ' ἐντεῦθεν, οἷον εἰκός, ἔπος πρὸς ἔπος ἠρειδόμεσθ'.

alia v. l. l. Usurpatur autem hoc sensu πρός, quando paria inter se opponuntur, comparantur, permutantur. Aliam interpretationem Welckerus proposuit, qui in libro illo, quem conscripsit de Aeschyli Prometheo, haec dicit (p. 510): „Sophocles setzte, da Aeschylus drei Dramen gab, ihnen drei Dramen entgegen, die nicht trilogisch verbunden, sondern jedes für sich ein Ganzes waren. Dieser Grammatiker (Suidas) nahm τριλογία selbst, wie es hier in zusammengezogenem Ausdruck in τετραλογία

---

[4]) Boeckhius in indice lect. Berolin. 1841/42.

[5]) Ut Aelianus v. h. II. 8: καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς Οἰδίποδι καὶ Λυκάονι καὶ Βάκχαις καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῷ, τούτου δεύτερος Εὐριπίδης Ἀλεξάνδρῳ καὶ Παλαμήδῃ καὶ Τρωάσι καὶ Σισύφῳ σατυρικῷ.

[6]) Index lection. Berolin. 1841/42.

[7]) S. Karsten: de tetralogia tragica. Amstelodami. 1846.

eingeschlossen ist, in seinem eigentlichen künstlerischen Sinn; drei Tragödien waren ihm keine τριλογία, und daher auch nicht mit einem Satyrspiel verbunden eine τετραλογία.“ [8]) Vereor ne Welckerus, ut illam, quam de trilogiae natura ac vi sibi finxerat opinionem, hoc quoque loco stabiliret, Suidae verba aliter sit interpretatus ac ratio grammatica patitur. Num poetae, si quis quattuor dabat fabulas, quae argumento quidem non erant iunctae, δρᾶμα πρὸς δρᾶμα certaverunt? Immo et hoc modo, cum quaternae quaternis essent oppositae, quattuor certaverunt fabulis. Verba autem δρᾶμα πρὸς δρᾶμα verti non possunt nisi: fabula adversus fabulam. Quae Welckerus in his verbis inesse voluit, ea sic dicenda fuerunt: δρᾶμα ἐπὶ δράματι. Quod si verba ipsa spectamus, Boeckhii interpretationem unice veram esse concedemus.

At et ex iis testimoniis, quae supra commemoravimus, et ex aliis, quae Schoellius congessit [9]), efficitur, ut appareat morem quattuor certandi fabulis etiam multo post Olympiadis 77 annum 4 viguisse, quo anno primam Sophocles docuit fabulam; deinde tot tragoediarum Sophoclis tituli nobis sunt servati, ut ex ipso numero existimare possimus persaepe quattuor fabulas ab eo una didascalia esse datas. Itaque — si vera sunt, quae Suidas refert — non abolevit Sophocles illum certandi morem, sed ita immutavit, ut aliquando unam modo tragoediam in scaenam committeret, etiamsi plerumque quattuor docere solebat. Quae opinio quamvis veri similis esse videatur, dubitatione tamen non caret. Ac primum quidem obiciunt non licuisse cuilibet poetae sollemnem certandi morem ultro immutare, cumque agones tragici essent ludi publici cum sacris coniuncti, publice ordinem modumque eorum esse praescriptum; deinde si non poetarum, at certe histrionum et chororum condicionem certandi imparem fuisse, si alteri singulis, alteri quaternis fabulis certassent; denique cum munus instituendi choros divitioribus civibus esset impositum, hoc onus omnibus idem et par fuisse necesse esse, quod fieri non potuisset, si hi singulas, illi quaternas edidissent fabulas.

---

[8]) Adstipulatus est Droysenius in libello, quem inscripsit: Phrynichus, Aeschylus und die Trilogie. Kiel 1841. — Superiore anno Welckeri sententiae novus exstitit patronus Gustav Kassai, qui in 'variis quaestionibus' (Programm des katholischen Obergymnasiums zu Budapest 1882) haec scripsit: „In quo quidem tenendum est morem illum, quo tres tragoediae et drama satyricum in scaenam darentur, semper obtinuisse, sed non iam ita, ut tragoediae in una argumenti perpetuitate versarentur, id quod Aeschylo usu venit. — Initio (Sophocles) Aeschylum imitandum sibi sumpsit, mox Aeschylo relicto illud effecit, ut tragoediae sublato omni coniunctionis nodo aliae in alio argumento versarentur.“ Qua in re illud vehementer miror ne commemorasse quidem videri Kassaium [ex iis modo de hac commentatione possumus iudicare, quae relata sunt in ephemeride, quae inscribitur Philologische Wochenschrift No. 52, 1882] difficultatem illam a Boeckhio apertam, nedum demonstraret usurpari posse ita praepositionem πρός.

[9]) A. Schöll: Gründlicher Unterricht über die Tetralogie des attischen Theaters. Leipzig. 1859. p. 22/23.

Concedendum est has rationes, quae Suidae obstant testimonio, non levis momenti esse neque mirandum est homines doctos, qui de hoc loco iudicaverunt, in diversas abisse sententias. Ut G. Dindorfius Suidam vera cum falsis confudisse censet, quod loco Phrynichi — quem debuit — Sophoclem nominaverit; quamobrem verba sic esse corrigenda statuit: Καὶ αὐτὸς (scil. Φρύνιχος) ἦρξε τοῦ μὴ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ τετραλογίαν. Profecto — ut vera sint, quae Droysenius de Phrynichi arte est suspicatus — sic optime omnia inter se congruunt! Quid autem? Si iam non medicina, sed ferro uti volueris, nonne quaevis difficultas facillime poterit de medio tolli? Schoellius vero non solum errasse Suidam, sed omnia, quae hoc loco narrat, ipsum invenisse putat [10]). Boeckhius denique, qui minus acerbe animadvertit in Suidam, sic statuit: magnis quidem Dionysiis tetralogiarum certamen non intermissum esse, Lenaeis autem singulas fabulas actas esse ex instituto Sophoclis; quae sententia ut viri sobrie iudicantis omnium, quas proposuerunt viri docti, veri simillima mihi videtur esse. Quidquid autem de Suidae loco statuimus — sive hoc testimonium ut inepte a grammatico inventum plane neglegimus, sive ut erroribus foede contaminatum corrigimus, sive veri aliquid in eo inesse cum Boeckhio putamus — perspicuum est nihil ex Suidae verbis posse effici, quod pertineat ad rem, de qua agimus, explicandam. Solam enim interpretationem, eam dico, quam proposuit Welckerus, ex qua possit aliquid concludi de trilogiae natura, grammaticae leges non patiuntur.

Omnibus igitur, quae exstant, testimoniis minime demonstrari potest, tetralogia quattuor significari fabulas argumenti perpetuitate iunctas, neque quicquam obstat, quominus, quod verba ipsa solum suadent, tetralogiam sic definiamus, ut quattuor fabulas una didascalia in scaenam commissas ita nominatas esse velimus. Hoc ita esse ne Welckerus quidem negavit, qui trilogiae angustioribus finibus circumscriptae sagacissimus et tenacissimus exstitit patronus, cum dicit: „Drei Tragödien waren ihm (dem Suidas) keine τριλογία und auch nicht mit einem Satyrspiel verbunden eine τετραλογία, obwohl dies auch ohne Unterschied von vier Dramen gebraucht wird“ [11]).

Quod si recta sunt, quae exposuimus, iam non dubium esse potest, quae sit trilogiae vis atque natura, cum tres tragoedias una didascalia actas sic appellari ap-

---

[10]) Gründlicher Unterricht etc. p. 29/30. Quo iure Schoellius rationem illam secutus sit, qua veterum testimonia, quae aut aliquantum praebeant difficultatis aut cum iis, quas veras esse sibi persuasit opiniones, non congruant, corrigat vel quasi trucidet, hoc loco decernere nolumus, cum parum, vel nihil inde lucis rei, quam nobis proposuimus tractandam, possit afferri.

[11]) Welckerus in trilogia etc. p. 510. Si quis aliquantulum modo auctoritatis Suidae attribuit, Phinei, Persarum, Glauci, Promethei satyrici fabulas tetralogiam fuisse non negabit; iam vide, quam bene — ut Persas et Glaucum hoc loco praetream — inter se cohaereant Persae et Prometheus!

pareat. Erant qui, quamquam tetralogiae notionem illam rectam esse concedebant, trilogiam tamen angustioribus circumscriberent finibus eaque nexas modo inter se argumenti continuitate tragoedias significari contenderent, idque iam ex ea re esse concludendum affirmarent, quod Aristarchus fabulas satyricas segregasset. Animadvertisse enim doctum virum fabulas satyricas argumenti perpetuitate non semel non cohaerere cum tribus tragoediis; ut igitur minus accuratum tetralogiae verbum corrigeret, satyricis fabulis plane neglectis tres didascaliae tragoedias, si nexae essent argumento, appellasse eum trilogiam. Quae quin minus recte dicta esse putem, facere non possum. Certe, seiunxit Aristarchus fabulas satyricas a tragoediis; sed cur id fecerit, nescimus. Sin autem coniectura periclitanda est, eam non improbabilem existimo, ideo eum sic statuisse, quod genus satyricum omnino non cum tragoediis consociandum esse arbitraretur. Neque aliud quicquam scholiastes dicit, cum scripsit: Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος τριλογίαν λέγουσι χωρὶς τῶν σατυρικῶν.

Accedit quod ipsum tetralogiae trilogiaeque verbum ab Alexandrinis videtur esse inventum, cum neque apud Aristotelem nec apud Platonem nec alium prioris aetatis scriptorem haec verba legantur, quod casu factum esse vix credendum est. Welckerus quidem scripsit (in trilogia p. 500): „Der Name Trilogie ist nicht erst von den Gelehrten seit Aristoteles' Zeit erfunden worden, sondern in gemeinem Gebrauch gewesen, wie schon die Komödie des Nikomachos beweisen kann.“ Sed vide, quam infirmis haec nitantur fundamentis. Suidas s. v. Νικόμαχος scripsit: Νικόμαχος Ἀλεξανδρεὺς τῆς Τρωικῆς τραγικὸς γράψας τραγῳδίας ἕνδεκα, ὧν καὶ αἵδε· Ἀλέξανδρος, Ἐριφύλη, Γηρυόνης, Ἀλετίδης, Εἰλείθυια, Νεοπτόλεμος, Μυσοί, Οἰδίπους, Περσίς, Πολυξένη, Τριλογία, Μετεχβαίνουσα, Τυνδάρεως ἢ Ἀλκμαίων, Τεῦκρος. Aperte haec corrupta sunt, nam et quattuordecim nominantur fabulae et quaedam comoediae, ut Εἰλείθυια, quam comoediam fuisse et nomen ipsum, et quod apud Athenaeum eiusdem tituli nominatur comoedia, demonstrat. Confudisse igitur Suidam duos Nicomachos, poetam tragicum et comicum, suspicandum est. Idem Suidas alium commemorat Nicomachum, de quo refert: Νικόμαχος τραγικός, ὃς Εὐριπίδην παραδόξως καὶ Θέογνιν ἐνίκησεν· τῶν δραμάτων ἐστὶν αὐτοῦ Οἰδίπους. Quia utrique Nicomacho Oedipus fabula tribuitur, Welckerus comicum et tragicum illum poetam, qui Euripidis vixit aetate, eundem esse censet, τριλογία autem comoediam fuisse inscriptam sibi persuasit. Quae vero nec constent nec veri similia sint, ex iis certi quicquam concludere quis ausit? Verum est igitur, quod diximus: non exstare ante Alexandrinorum aetatem nomina tetralogiae et trilogiae et ab iis ipsis videri inventa. Quadrant haec in sententiam, quam de tetralogia modo proposuimus. Si enim certum tragoediarum genus id fuisset, ut quattuor aut tres fabulae artissimo argumenti vinculo cohaerentes agerentur, et nomen huic generi esset inditum, neque ab Aristotele in libro, quem scripsit de arte poetica, silentio hoc genus

esset praeteritum. Quamquam Heimsoethius [12]) Aristotelem ideo de tetralogia trilogiaque tacere contendit, quod tragoediam descripturus esset, ἐπεὶ ἔσχε τὴν φύσιν. At, cum Aeschylus Oresteam docebat, certe tragoedia ἔσχε τὴν φύσιν! —

Paucis vero ut, quae exposui, complectar, sic statuo: Quattuor fabulis plerumque certare solebant Athenis poetae per totum V. saeculum ante Ch. n.; Sophocles primus fuisse videtur, qui hunc morem quodam modo immutavit, ita ut aliquando et singulis certarent poetae fabulis. Postea autem ab Alexandrinis quadripertitae didascaliae, sive nexae sive non nexae fuerunt argumento fabulae, tetralogiae sunt appellatae; a quibusdam autem grammaticis, qui tragoediarum modo habebant rationem, tribus didascaliae tragoediis trilogiae nomen est inditum.

Quae si consideramus, nihil de tempore constare, ex quo quattuor fabulae ab eodem poeta agi sint coeptae, apparet. Quo factum est, ut viri docti coniecturis aliquid certi efficere studerent. Ad rem ipsam, quam nobis proposuimus, cum hac quaestione diiudicata pauca modo conferre possimus, satis erit, breviter commemorasse, quae viri docti de hac re sunt suspicati. Ac primum quidem Welckerus iam antiquissimam tragoediam quasi tripertitam fuisse putat, cum ter histrio in scaenam prodiret ibique tres fabulae partes enarraret. Deinde magis magisque unamquamque fabulam ab aliis esse seiunctam et suis finibus circumscriptam. Eandem sententiam Heimsoethius in commentatione, cuius modo feci mentionem, uberius defendit. Droysenius [13]) iam Phrynichum trilogiam quandam in scaenam commisisse demonstrare posse sibi visus est.

Contra Rademacherus [14]) Aeschylum trilogiae inventorem esse voluit. Persarum enim bellis bene confectis Athenienses ut maiores facerent sumptus in ludos, festos dies in tres auxisse, ita factum esse, ut tres tragoediae ab unoquoque poeta docerentur. Primam vero omnium Persarum trilogiam ab Aeschylo ipso anno 472 a. Ch. n. esse actam. Quo iure Rademacherus id sibi sumpserit, ut et trilogiae auctorem et annum, quo prima acta esset, constitueret suo arbitrio, non intellego. Vereor etiam, ne idem secum ipse pugnet: etenim quamquam tetralogiam eam esse vult, ut quattuor fabulas inter se cohaerentes significet, primam tetralogiam Phineum, Persas, Glaucum, Prometheum amplexam esse affirmat! In re admodum dubia, de qua prorsus nihil constat, coniecturas equidem proferre non ausim.

Sed haec hactenus; id modo eos, qui forte in hanc inciderint dissertationem, admonitos velim, in reliquis huiusce commentatiunculae partibus trilogiae verbo me sic semper uti, ut ea tres tragoedias una didascalia actas significari velim.

---

[12]) Heimsoethius in indic. schol. Bonnens. 1869: de tragoediae Graecae trilogiis commentatio.

[13]) Droysen: Phrynichus, Aeschylus und die Trilogie.

[14]) Rademacher: Quaestiones de trilogia tragica Dissert. inaug. Regimont. 1866.

II.

Iam vero expositis his de trilogiae notione, quatenus ex veterum testimoniis potest cognosci, in ipsius Aeschyli rationem trilogicam inquiramus, quod ita instituturi sumus, ut primo trilogias perlustremus, quas actas esse ab eo aut diserte memoriae traditum est, aut certissimis argumentis potest demonstrari; deinde exponamus, quae ex iis de arte Aeschylea concludenda esse videantur.

Luculentissimum trilogiae exemplum, quod solum ex ingenti tragoediarum numero integrum ad nostram pervenit aetatem, Orestea est, qua continentur Agamemno, Choephori, Eumenides. In prima fabula agitur mors Agamemnonis, qui Troia tandem expugnata in patriam reversus ab uxore gaudio simulato recipitur et per dolum interficitur. Argumentum fabulae accuratius enarrare nolumus, cum et notissimum sit neque hoc loco de Agamemnonis tragoedia, sed de Aeschyli ratione trilogica scribendum nobis sit. Id vero magni momenti est: quamquam Agamemnonis morte tragoedia finita et actio absoluta videtur esse, sequi tamen alteram tragoediam, in qua Agamemnonis occisi ultor exsistat, iam in priore fabula pluribus locis indicari.

Docemur v. 843 (edit. Herm.). Orestem non adesse, sed apud Strophium educari:

ἐκ τῶνδέ τοι παῖς ἐνθάδ' οὐ παραστατεῖ
ἐμῶν τε καὶ σῶν κύριος πιστωμάτων,
ὡς χρῆν, Ὀρέστης· μηδὲ θαυμάσῃς τόδε.
τρέφει γὰρ αὐτὸν εὐμενὴς δορύξενος
Στρόφιος ὁ Φωκεύς, κ. τ. λ.

Cassandra et Agamemnoni et sibi ipsa mortem vaticinata vindicem esse venturum praedicit:

ν. 1238: οὐ μὴν ἄτιμοι γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν.
ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος.
μητροκτόνον φίτυμα, ποινάτωρ πατρός·
φυγὰς δ' ἀλήτης τῆσδε γῆς ἀπόξενος
κάτεισιν, ἄτας τάσδε θριγκώσων φίλοις·
ὀμώμοται γὰρ ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας
ἄξειν νιν ὑπτίασμα κειμένου πατρός.
ν. 1274: οὔτοι δυσοίζω θάμνον ὡς ὄρνις φόβῳ
ἄλλως· θανούσῃ μαρτυρεῖτέ μοι τόδε,
ὅταν γυνὴ γυναικὸς ἀντ' ἐμοῦ θάνῃ,
ἀνήρ τε δυσδάμαρτος ἀντ' ἀνδρὸς πέσῃ.

Denique ut praeteream non semel a choro illud παθεῖν τὸν ἔρξαντα (v. 1530) cantari, in fine fabulae chorus Aegisthum admonet vivum esse Orestem.

v. 1616: Ὀρέστης ἆρά που βλέπει φάος,
ὅπως κατελθὼν δεῦρο πρευμενεῖ τύχῃ
ἀμφοῖν γένηται τοῖνδε παγκρατὴς φονεύς;

et v. 1638... ἐὰν δαίμων Ὀρέστην δεῦρ' ἀπευθύνῃ μολεῖν.

Quod exspectamus, Orestem patris caedem esse ulturum, id argumento est Choephoris. Apollini gravissimas minitanti poenas obsecutus Orestes Argos venit, ut tandem pro patre repetat poenas; Aegisthum dolo in regiam accitum occidit, deinde matrem frustra monentem (v. 911):

ὅρα, φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας.

Initio quidem narrans scelesta Agamemnonis et Clytaemnestrae facinora iure eos interfectos esse gloriatur; paulo post autem animum turbari sentit: (v. 1017)

ἀλλ' ὡς ἂν εἰδῆτ', οὐ γὰρ οἶδ' ὅπῃ τελεῖ,
ὥσπερ ξὺν ἵπποις ἡνιοστρόφον δρόμου
ἐξωτέρω φέρουσι γὰρ νικώμενον
φρένες δύσαρκτοι.

Iam Eumenides ipsas videre sibi videtur (v. 1045)

ποῖαι γυναῖκες αἵδε Γοργόνων δίχην
φαιοχίτωνες καὶ πεπλεκτανημέναι
πυκνοῖς δράκουσιν; οὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ.

Delphos igitur proficisci constituit Apollinem ut se expiet imploraturus. Et solum hoc est refugium v. 1056:

εἷς σοι καθαρμός· Λοξίου δὲ προσθιγών,
ἐλεύθερόν σε τῶνδε πημάτων κτίσει.

Sequuntur Eumenides, quae fabula artissime cum Choephoris est coniuncta. Etenim Orestes ab Apolline expiatus, ut a Furiis liberetur, Athenas se conferre iubetur. Ibi ab areopago a Minerva instituto dea ipsa praeside absolvitur, Furiae placantur.

Quamquam brevissime res, quae in tribus aguntur tragoediis, exposui, perspicuum tamen inde fieri posse spero, quam arto vinculo inter se sint colligatae. Fac unam modo ex tribus servatam esse tragoediam et ne verbum quidem de reliquis trilogiae fabulis nobis esse traditum: nonne permultis locis posset demonstrari hac una fabula actionem nondum esse absolutam? Nonne alteram aut secutam esse aut praecessisse tragoediam multi nos docerent versus? Quae si consideramus, iure concludemus et in aliis Aeschyli tragoediis vestigia inveniri necesse esse, quibus ad argumenti perpetuitatem, si qua inerat in trilogia, cognoscendam ducamur. Itaque in reliquis, quas mihi perlustrandas proposui trilogias, id semper egi, ut explanarem, num quid de ar-

gumenti perpetuitate aut ex ipsa tragoedia aut ex deperditarum fragmentis posset effici. Neque vero in animo mihi erat omnes, quas viri docti proposuerunt opiniones, exponere, eam modo, quae veri simillima mihi esse videbatur, paucis explicavisse satis habui.

Veniamus nunc ad alteram trilogiam, quam actam esse testimonia nos docent, cuius sola Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις quae inscribitur fabula, superstes est. Valde inter se dissensere viri docti de tragoediis, quae iunctae essent cum Septem fabula; ut Welckerus has composuit trilogias a) Laius, Sphinx, Oedipus; b) Nemea, Septem, Phoenissae. Sic primum statuit [15]); aliquot annis post alteram trilogiam hanc esse voluit: Nemea, Septem, Eleusinii [16]). G. Hermannus quamquam antea [17]) Septem fabulam tertium locum obtinuisse affirmaverat, postea tamen in dissertatione, quam scripsit de Aeschyli trilogiis Thebanis [18]), Welckero ita est assensus, ut Laium, Sphingem, Oedipodem eiusdem trilogiae fuisse fabulas concederet, Septem autem mediam fuisse contenderet inter Argivos et Eleusinios. Quae omnia quamvis argute, parum recte tamen conficta esse demonstravit didascalia a Franzio reperta [19]), qua Laium, Oedipum, Septem una trilogia esse actas discimus. Certe nihil est causae, cur uberius refutemus illas Hermanni et Welckeri opiniones, quamquam pluribus id Waldeyerum [20]) fecisse video. Satis erit dixisse adductos esse illos viros, ut Septem tertio loco actam esse negarent, quod Antigonae Sophocleae maiorem, quam par erat, rationem habebant.

Videndum igitur nobis erit, quaenam fuerint primae et alterius fabulae argumenta. Laii necem Oedipodisque occaecationem agi, id per se apparet; sed si accuratius, quonam modo Aeschylus rem instituerit, cognoscere volumus, Septem fabula sola nobis respicienda est, praesertim cum fragmenta, quae servata sunt, pauca sint neque quicquam lucis afferant. Initium faciamus ab his stasimi secundi versibus:

723: παλαιγενῆ γὰρ λέγω
παρβασίαν ὠκύποινον·
αἰῶνα δ' ἐς τρίτον μένει,
Ἀπόλλωνος εὔτε Λάϊος
βίᾳ, τρὶς εἰπόντος ἐν
μεσομφάλοις Πυθικοῖς

---

[15]) Die Aeschylische Trilogie Prometheus etc. p. 309.

[16]) Die griechischen Tragödien mit Rücksicht auf den epischen Cyclus geordnet etc. I. p. 29 (1839).

[17]) G. Hermann: de compositione tetralogiarum tragicarum (a. 1819) p. 10. (Opusc. II. p. 314.)

[18]) Opusc. VII. p. 190 seq.

[19]) Franz: Die Didascalie zu Aeschylus Septem contra Thebas. Berlin 1848. cf. Schweidewin: Philol. III. p. 250.

[20]) Waldeyer: de Aeschyli Oedipodea specim. I. Neuss 1863, specim. II. Leobschütz 1873.

χρηστηρίοις, θνάσκοντα γέν-
730: νας ἄτερ σώζειν πόλιν.
κρατηθεὶς δ' ἐκ φίλων ἀβουλίαις
ἐγείνατο μὲν μόρον αὑτῷ,
πατροκτόνον Οἰδιπόδαν,
ὅστε ματρὸς[21]) ἀγνὰν
735: σπείρας ἄρουραν, ὃν' ἐτράφη,
ῥίζαν αἱματόεσσαν
ἔτλα· παράνοια συνᾶγε
νυμφίους φρενώλεις.

Chorus igitur cum Eteocli, ne cum fratre confligeret, persuadere frustra sit conatus, iam adesse fatum illud Labdacidarum domui dudum imminens intellegit meminitque Laii Oedipodisque factorum. Laius ter ab Apolline admonitus ne, cum progeniem procrearet, everteret urbem, tamen ἐκ φίλων ἀβουλίαις adductus, oblitus est pythici oraculi. Ter dedit oraculum Apollo. Eratne semper idem, an unum altero gravius? Hoc Krusius credidit[22]), parum recte, opinor. Ex ipsis enim Aeschyli verbis tantum abest, ut hoc consequatur, ut ne posse quidem ex iis effici, quod Krusius voluit, contendere audeam. Neque enim tria pronuntiasse oracula Apollinem dicit chorus, sed ter id ab eo datum esse oraculum, Laium sine prole morientem urbem esse servaturum. Itaque utroque oraculo idem vaticinatum esse deum apparet. Deinde de verbis ἐκ φίλων ἀβουλίαις dubitaverunt viri docti. Schützius quidem consentiens cum recentiore scholiasta (v. Dindorf. ed. Schol. v. 745) verba sic interpretante: ἐκ φίλων νοητέον ἀντὶ τῶν συγγενῶν, οἷς συνεκοινώσατο τὸν χρησμόν, haec dicit: „Laium amicorum stolidis consiliis victum esse fingit, ut tandem liberos procreare utilius sibi censeret, quam oraculo parere." Eadem fere erat Schneidewinii sententia, quam exposuit in Philologo[23]). Hermannus vero haec de uxore dicta esse censet et sic verba interpretatur: „per uxoris amorem perverso consilio irretitus." Quae explicatio iam a scholiasta (ἀντὶ τοῦ τῆς γυναικός) prolata est. Assensi sunt Schmidtius[24]), Krusius, Susemihlius[25]). Et iure sic statuit Hermannus; neque enim quicquam de his amicorum consiliis traditum est, nec verba ipsa hanc interpretationem postulant, cum τὰ φίλα de hominibus

---

[21]) Quin hoc in versu ματρὸς ex cod. Medic. restituendum sit, dubitari non potest.

[22]) Kruse: de Aeschyli Oedipodea. Gryphiswald. 1855.

[23]) Philol. III. p. 350. Postea (Göttinger gelehrte Anzeigen 1856 I. s. 174) hac sententia abiecta rem eodem fere modo ac Hermannus explicavit.

[24]) Schmidt: Zeitschrift für Altertumswissenschaft 1855 p. 398.

[25]) Susemihl: Jahns Jahrbücher 1855 p. 750.

dici posse notum sit[26]). Nihil dicit chorus de causa, cur Apollo Laio severum illud oraculum praedixerit. Sunt qui suspicentur (Krusius, Susemihlius, alii), ut poenas lueret Laius propter scelestum in Chrysippum amorem[27]), eam a dis illi impositam esse sortem, ut aut prorsus careret filiis, aut si quos procreasset, filii manu occideretur. Hoc modo Aeschylum rem instituisse ex universa artis Aeschyleae indole concludendum esse affirmant, qui fatum non ut diram necessitatem hominibus, sive noxii sive innoxii essent, instare, modo si scelus commisissent, in perniciem dudum praedictam eos irruere crediderit. Alia contra sentiunt. Cum vero hoc loco quaestio de ethica Aeschyli ratione diiudicari nequeat, illa quoque, utrum poeta Laii scelus in Chrysippum commissum fontem omnium malorum esse voluerit necne, in medio est relinquenda; equidem commemoratum esse in fabula hoc Laii scelus veri simile existimo. Iam chorus ad Oedipodis sortem contemplandam aggreditur. v. 753:

τίν' ἀνδρῶν γὰρ τοσόνδ' ἐθαύμασαν
θεοὶ καὶ ξυνέστιοι πόλεος, ὁ
πολύβοτός τ' αἰὼν βροτῶν,
ζσον τότ' Οἰδίπουν τίον,
τὰν ἁρπαξάνδραν
κῆρ' ἀφελόντα χώρας;
ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων
ἐγένετο μέλεος ἀθλίων
γάμων, ἐπ' ἄλγει δυςφορῶν
μαινομένᾳ κραδίᾳ
δίδυμα κάκ' ἐτέλεσεν·
πατροφόνῳ χερὶ τῶν
κυρσοτέκνων[28]) ὀμμάτων ἐπλάγχθη,
τέκνοισιν δ' ἀρὰς
ἐφῆκεν ἐπικότους τροφᾶς,

---

[26]) v. Krusium l. l. p. 32. Matthiae Gramm. gr. II. p. 986.

[27]) v. Apollodori bibl. 3. 5. 5. 10. ὁ δὲ (scil. Λάϊος) ἐν Πελοποννήσῳ διατελῶν ἐπιξενοῦται Πέλοπι καὶ τούτου παῖδα Χρύσιππον ἁρματοδραμεῖν διδάσκων ἐρασθεὶς ἁναρπάζει.

[28]) In hoc versu cum Hermanno κυρσοτέκνων pro κρεισσοτέκνων, sic enim legitur in codicibus, scribendum esse pro certo habeo. Vide quam interpretationem Schuetzius protulerit: „aberravit quidem ab oculis potentiorum filiorum.“ Weilius sic est interpretatus: „oculos qui liberorum officia melius servarunt quam dextra. Opponuntur enim πατροφόνῳ χερὶ et κρεισσοτέκνων ὀμμάτων. Parricida manu innocuos oculos sibi abstulit.“ Sensus, quem Schuetzius ex his verbis enucleavit, non est aptus, cur enim filii potentiores sunt? Quemnam filii potentia antecedunt? patrem? quem Weilius in iis inesse voluit, is in sententiam quadrat; sed adiectivum κρεισσότεκνον idem posse valere ac κρείσσων ἢ τέκνα

αἰαῖ, πικρογλώσσους ἀράς,
καί σφε σιδαρονόμῳ
δία χερί ποτε λαχεῖν
κτήματα· νῦν δὲ τρέω,
μὴ τελέσῃ καμψίπους Ἐρινύς.

Effodit igitur Oedipus sibi oculos, ubi connubium nefastum comperit; filiis autem diras obsecrationes est imprecatus ἐπικότους τροφᾶς, quod cum Schuetzio et Hermanno explicandum est: ira, quod filios inceste procreasset, correptus Oedipus mutuae eos devovit caedi. Alii τροφᾶς ad victum pertinere Oedipumque filios propter laesam pietatem — sive τροφᾶς de coxa ei apposita, sive de more, quo a filiis habitus sit dici mavis — devovisse arbitrati occaecationem et filiorum imprecationem in idem tempus cadere negaverunt. At chori verba δίδυμα κάχ' ἐτέλεσεν Oedipodis facinus in se commissum et obsecrationes in filios simul esse facta demonstrant.

Iam habes, quae stasimum secundum de Laii Oedipodisque fabularum argumento nos docet. Accedunt alia: Cum Antigona umbram patris appellet: πότνιά τ Οἰδίπου σκιά (v. 954), Oedipum iam vita decessisse iure affirmare nobis videmur, quamquam Welckerus σκιάν non de manibus patris, sed de imagine adhuc viventis filiarum animis obversante dictum esse voluit [29]). Quam significationem in verbo σκιά inesse posse non puto; certe non comparandus est versus 301 Aiacis: σκιᾷ τινι λόγους ἀνέσπα [30]).

Deinde si initium fabulae contemplabimur, in priore causas, cur Argivi expeditionem paravissent, i. e. fratrum litem Polynicisque exactionem expositas esse non negabimus. Denique ut, quomodo haec inter duas fabulas disposita fuerint, dicamus, sic statuendum nobis videtur de Laio: primo caedes regis narratur, deinde Oedipus Thebas veniens Sphingis aenigma solvit, postremo cum Iocaste nuptias celebrat. Longum temporis spatium inter Oedipum Laiumque interiectum est; neque enim filiis pueris Oedipus scelus suum detegit, sed adultis iis; quod si ita esse negaremus, concedendum esset intra eandem fabulam fratres adolevisse, quod nemini sano in mentem potest venire. Cum vero e tribus quasi actibus unaquaeque Aeschyli tragoedia constare soleret, rerum ordo in Oedipode hic fortasse fuit: rex de sceleribus suis edocetur;

---

et comparativum κρείσσων significare 'melius officia observans' affirmare non ausim, cum componi posse omnino hoc verbum vix credam. Κυρσοτέκνων, quod Hermannus ipse sic explicavit: „privavit se oculis, qui liberis occursuri erant", nihil habet dubitationis.

[29]) Welcker: Nachtrag zur Aeschylischen Trilogie Prometheus. Frankfurt a./M. 1826. p. 153: „Der Ausdruck Schatten wird zwar häufiger von den Bildern der Toten gebraucht: allein es liegt in der Natur der Sache, dafs er auch geisterähnliche Erscheinungen Lebender bezeichnen kann."

[30]) Vide, quae adnotaverunt Hermannus et Nauckius ad h. v.

deinde oculis se privat filiisque inceste procreatis male precatur, denique illi intermisso brevi temporis spatio dissentiunt inter se, ut Polynices patria expellatur et iniurias se ulturum esse minatus abeat. Non moritur in hac fabula Oedipus, sed quod aliquantum temporis inter Oedipum et Septem fabulam intercessisse necesse est, quo Polynices Argos se conferret et Adrasti gener factus Argivorum exercitum colligeret, interea eum vita decessisse putandum est.

Tertia, quae commemoratur trilogia, Lycurgia est, cuius mentionem fecit scholiastes ad Aristoph. Thesmoph. v. 142. Narrat Apollodorus (in Biblioth. 3, 5, 1) Lycurgi regis historiam, qui Bacchum ex Asia profectum, cum ad Edonos venisset, finibus suis expulit comitesque eius Bacchas in vincula coniecit; paulo post autem a deo insania affectus Dryantem filium occidit seque ipse mutilavit, quo facto reconvaluit. Sed cum terra infertilis esset deusque Lycurgi morte hanc calamitatem tolli posse dixisset, ille a suis in Pangaeum montem ductus ibi interiit. Idem fere trilogiae argumentum fuisse Welckerus contendit in libro, quem composuit de Prometheo [31]), cum in ea re a vero aberraret, quod Bacchi nutrices, Edonos, Lycurgum tres trilogiae tragoedias fuisse putabat. Paulo post cum scholion illud a G. Hermanno publici iuris esset factum, rem ipsam non multum immutavit, chori vero partes aliter distribuit, sicuti debuit [32]). Sic igitur vir doctus de hac trilogia statuit. In prima fabula Bacchi in regiam adventus agitur, Lycurgus ei obsistit, Bacchum et Bacchas, quae ipsae in scaenam prodierunt, capit. In Bassaridibus Bacchus se comitesque subito liberat, tum Lycurgus insanire coepit furoreque captus filium occidit; Lycurgi denique poena in tertia agitur tragoedia, qui a Neaniscis, i. e. a Satyris, in antrum includitur. Interfici eum non veri simile esse Welckerus putat, et quod postea in fabula satyrica agat partes et quod Sophocles in versibus Antigonae 954—956:

Ζεύχθη δ' ὀξύχολος παῖς ὁ Δρύαντος
Ἠδωνῶν βασιλεὺς κερτομίοις ὀργαῖς
ἐκ Διονύσου πετρώδει καταίφρακτος ἐν δεσμῷ,

hanc Lycurgi sortem fuisse dicat, quem in re breviter commemorata ab Aeschylo recessisse non sit veri simile. Aliter ac Welckerus G. Hermannus argumentum trilogiae constituit in dissertatione, quam scripsit de Aeschyli Lycurgia [33]), ubi de universa trilogia scripsit (p. 20): „in Edonis, ferociter grassante Lycurgo, Bacchum clade accepta cum suis esse captum; in Bassaridibus solutas ex vinculis Bacchas superiores evasisse infensumque Baccho discerpsisse Orpheum; in Neaniscis iuvenes Edonos agnita

[31]) Die Aeschyl. Trilogie etc. p. 320.
[32]) Nachtrag zur Schrift etc. p. 105 seq.
[33]) Edita est anno 1831. vid. opusc. V. p. 1 seq.

dei potentia sacra eius amplexos, cum etiam Lycurgus impietatem luisset, deorum eum numero additum coniunctis cum Baccho sacris coluisse.“ Ac primum quidem iure dissensit a Welckero Hermannus, quod Bacchas in scaena apparuisse negabat et versus, qui exstant in Aristophanis Thesmoph. inde a 134 usque ad 142 non omnes, sed unum modo Aeschyli esse, versum dico 136:

ποδαπὸς ὁ γόννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;

eumque de Baccho dictum esse voluit. Quod vero de Neaniscis eam profert opinionem, ut illos iuvenes Edonos novi dei cultu recepto Bacchica sacra celebrantes fuisse dicat, nemo, qui secum reputaverit, quem aspectum iuvenes cum caudis equinis[34]) res serias agentes in scaena praebuisse necesse sit, Hermannum prudentius quam Welckerum de satyris cogitantem iudicasse negabit. De poenis, quas luerit Lycurgus, Hermannus cum Welckero consentiens regem in saxa inclusum esse putat. Sed ne idem vir, cuius sors tragoediae argumento fuit, paulo post satyris esset ludibrio, quod iam per se veri simile esse non potest, Lycurgum in exitu tertiae fabulae in deum esse mutatum suspicatur. Denique prorsus alia ac Welckerus de Bassaridibus statuit vir doctus, quam fabulam non in Lycurgi insania versatam esse, sed de Orphei morte fuisse putavit. Quae ut vera existimaret, adductus est iis rebus, quae narrantur in Catasterismis Eratostheni tributis cap. 24.[35]). Cum his coniungit versum, qui legitur in Aristoph. Avibus 277:

τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις (ἄτοπος ὄρνις ὀριβάτης),

cuius primam partem ex Edonis sumptam esse scholiastes affirmat. Cum autem verbo: μουσόμαντις Orpheum designari veri simillimum sit, eundem virum in prima trilogia nominatum, in altera partes egisse conicere nobis licere. Ingeniosissima sane coniectura, quae tamen, cum nihil praeter unum versum:

κάρφει παλαίῳ κἀπιβωμίῳ ψόλῳ

et unum apud Hesychium servatum verbum εἰλλόμενον e Bassaridibus nobis sit notum, certis argumentis confirmari non potest. Fatendum igitur est potuisse et Welckerum et Hermannum hac in re verum videre, cum nec Welckerus Apollodorum Aeschyli tragoediam secutum esse, nec Hermannus necessario in Bassaridibus Orphei dilacerationem esse actam posset demonstrare. Si tamen, utri opinioni magis faveamus, dicendum est, Hermannum propius ad verum accessisse videri profitemur.

---

[34]) Welcker, Nachtrag p. 120.

[35]) Herm. Aeschyli fragm. 23. ὃς (scil. Ὀρφεύς) τὸν μὲν Διόνυσον οὐκ ἐτίμα, τὸν δὲ Ἥλιον μέγιστον τῶν θεῶν ἐνόμιζεν εἶναι, ὃν καὶ Ἀπόλλωνα προσηγόρευσεν, ἐπειγόμενός τε τῆς νυκτὸς κατὰ τὴν ἑωθίνην ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Πάγγαιον προσέμενε τὰς ἀνατολάς, ἵνα ἴδῃ τὸν Ἥλιον πρῶτον· ὅθεν ὁ Διόνυσος ὀργισθεὶς αὐτῷ ἔπεμψε τὰς Βασσαρίδας, ὥς φησιν Αἰσχύλος ὁ ποιητής, αἵτινες αὐτὸν διέσπασαν. κ. τ. λ.

Atque haec hactenus de Lycurgia; sequitur, ut in quartam trilogiam, quam Aeschylum docuisse constat, inquiramus, illam dico, qua continentur Phineus, Persae, Glaucus, cuius Persae adhuc exstant. Quam tragoediam si examinamus, ut vestigia quaedam et praecedentis et sequentis fabulae deprehendamus, nullus exstat versus, quo alias cum hac fuisse coniunctas fabulas demonstrari possit. Cum igitur in Septem fabula tot tamque lucida insint indicia, ex quibus summam argumenti et Laii et Oedipodis, sicuti fecimus — de industria enim quae aliunde possent afferri, negleximus — refingere possimus, in Phineo hoc auxilio prorsus destituti ad alia confugere debemus. Atque in Phineo quidem, cuius fabulae duo versus apud Athenaeum sunt servati:

καὶ ψευδόδειπνα πολλὰ μαργώσης γνάθου
ἐῤῥυσίαζον στόματος ἐν πρώτῃ χαρᾷ,

miserrimum senem Boreadum opera ab Harpyiis esse liberatum et per se veri simile est et versus illi suadent, qui ad Harpyias referendi sunt. Sed praeterea nihil de hac fabula nobis est notum; latissimus igitur patet campus coniecturis, neque quicquam obstat, quominus sua quisque delectetur. Welckerus[36]) quidem Phineum cum Argonautis pericula, quae iis essent adeunda, tum quae rationes Asiae cum Graeciae populis per omnia saecula essent intercessurae, vaticinatum esse suspicatus est. Summa autem oraculorum, si audimus Prellerum[37]), qui Welckeri sententiam est amplexus, haec fuit: „Hellespontum olim a Persis iunctum iri, Persas delubrum Delphicum devastaturos, deinde interituros; Medos ingenti strage apud Thermodontem et Asopum fluvios profligatum iri.“ Prolata autem esse in Phineo oracula ad sortem Persarum pertinentia, Welckerus ex versu 740:

φεῦ, ταχεῖά γ' ἦλθε χρησμῶν πρᾶξις

colligi posse putavit. „Sonst würde die plötzlich eintretende Rede φεῦ κ.τ.λ. manchem Athener, der sich um Orakelwesen wenig bekümmerte, ebenso dunkel geblieben sein, als dem wackeren Blomfield.[38])“ Quae ne speciosius quam verius dicta sint, vereor. Nam cum inter Graecos oracula de Persarum interitu statim post pugnam Salaminiam divulgata esse ex Herodoto[39]) intellegi possit, cumque illis temporibus, si quid gravius homini accidisset, diu deorum oraculis id esse praedictum crediderint Graeci, neminem in theatro sedentem obscuri quicquam in Aeschyli verbis invenisse affirmare ausim. Sed etiam altero argumento Welckerus opionem confirmare posse sibi visus est, cum Phineum quodammodo Persam mythicum esse voluit. „Implicatur enim in

---

[36]) Welcker Trilog. p. 470. Rhein. Mus. V. 204 seq.

[37]) Preller: De Aeschyli Persis 1846 (vide Gesammelte Aufsätze 1864 p. 1 seq).

[38]) Rhein. Mus. V. 229.

[39]) Herod. IX. 16.

amplum illud stemma, quod logographi dicti de Aegyptiis, Phoenicibus, Persis, Scythis, cunctis denique nationibus exteris ita effinxerant, ut eas omnes primitiva quadam affinitate, et ea ab ipsis Graecis, nominatim ab Io Argiva repetita, teneri fecissent. Qua in familia alii eum ita collocant, ut eum Agenoris vel Phoenicis Agenoridae filium fuisse dicant; alii eum a Belo oriundum fratreque Cepheo usum esse volunt. Cephei filiam Andromedam a Perseo Persen enixam esse, Persen autem Persarum omnium proavum exstitisse. Igitur Phineus avunculus Persis est, proavi Persarum, cuius progeniem etiam Xerxem esse ipse Aeschylus indicat. Igitur Phineus quodammodo Persa mythicus est, et qui in eam trilogiam, cuius articulus medius et principalis Persae tragoedia est, egregie implicari posset"[40]). Quae ratio quo modo defendi possit, non video. Quid? quod in Persis Aeschylus Xerxis originem versu

χρυσογόνου γενεᾶς ἰσόθεος φώς

indicavit, deinde quod logographi quidam Phineum cum Persis genere affinitate coniunctum esse narrabant: ideo Aeschylus Phineum cum Persis ita consociaverit necesse est, ut Phineum Persarum sortem vaticinantem faceret? Qui incerta pro certa arripere nolit, is de Phinei argumento certi quicquam affirmare dubitabit.

Graviores vero habet dubitationes tertia tragoedia; cum enim in codice Mediceo solus Glaucus nominetur, duos autem Glaucos, Glaucum marinum et Glaucum Potniensem ab Aeschylo actos esse constet, uter Glaucus coniunctus fuerit cum Persis, nobis quaerendum est. Welckerum si sequimur, Glaucus marinus tragoedia fuit, in qua pugna Himerensis narrabatur a Glauco e mari Siculo Anthedonem reverso. Sed ut praeteream Aeschyli artem, si in Persis pugnam Salaminiam, in Glauco Himerensem describi fecerit, perexilem habendam esse, fueritne omnino Glaucus marinus tragoedia, vehementer dubito. Primum Glauci marini persona tragoediae dignitati non est conveniens, quod Welckerum virum elegantissimi iudicii non sensisse miror, quamquam ipse scripsit: Diese Wirkung und die Siegesfreude mufsten die Zuschauer zuletzt empfänglicher machen für eine neue, seltsame, und bei aller Würde in den Reden und Erhabenheit in den Zügen des Dämon dennoch einigermafsen lustige Erscheinung, als für etwas durchaus Feierliches und Erhebendes. Selbst dafs Glaukos von wirklich Gesehenem redend, von dem prophetischen Glaukos und Nereus ein Gegenstück bildet, giebt ihm gewissermafsen einen niedrigen und mehr heiteren Charakter.[41]) Deinde, quod summi momenti est, scholiastes ad Theocrit.

---

[40]) Preller l. l. p. 7. cf. Welck. Trilog. p. 478: „Dabei ist nicht ohne Bedeutung, dafs Phineus bei aller Unbestimmtheit und Verschiedenheit der Genealogien immer ein Morgenländer, gleichsam eine Art mythischer Perser ist."

[41]) Welcker: Trilog. p. 475.

IV 62 satyrorum intemperantiam in Glauco notatam esse refert;[42]) id in Glauco Potniensi fieri non potuisse apparet, itaque Glaucus marinus drama satyricum fuit. Quod vero Welckerus sibi persuasit, satyros intemperantes esse, id in tragoedia potius quam in fabula satyrica dici posse, quod in satyrica fabula intemperantia in scaena ipsa possit conspici: rectissime Weilius in tragoediis, solis Bacchis exceptis, nusquam satyrorum mentionem fieri animadvertit[43]). Inde sequitur Glaucum Potniensem tertiam fuisse tragoediam cum Persis coniunctam, eamque in Glauci, Sisyphi filii, exitu, quem ab equabus discerptum esse communis est narratio, versatam esse et per se credibile est, et fragmenta demonstrant:

frg. 37 (ed H.): ἀγὼν γὰρ ἄνδρας οὐ μένει λελειμμένους.

fragm. 38: ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα καὶ νεκρῷ νεκρός,
ἵπποι δ' ἐφ' ἵπποις ἦσαν ἐμπεφυρμένοι.

fragm. 39: εἶλκον δ' ἄνω λυκηδόν, ὥστε διπλόοι
λύκοι νεβρὸν φέρουσιν ἀμφὶ μασχάλαις[44]).

Plura de hac tragoedia affirmare hominis temerarii esset.

Restant duae Aeschyli tragoediae, Prometheus vinctus et Supplices, quarum alteram, Prometheum, cum aliis coniunctam fuisse etsi diserte non est traditum, pro certo tamen habendum est, quod scholiastes ad Prometh. vers. 514 seq.

οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω τελεσφόρος
κρᾶναι πέπρωται, μυρίαις δὲ πημοναῖς
δύαις τε καμφθεὶς ὧδε δεσμὰ φυγγάνω,

hanc addidit explicationem: οὐ ταῦτα οὕτως πέπρωται, ἵν' ἡ τελεσφόρος Μοῖρα ταχέως τὰ κατ' ἐμὲ κράνῃ καὶ πληρώσῃ, ὅ ἐστιν, οὔπω μοι λυθῆναι μεμοίραται· ἐν γὰρ τῷ ἑξῆς δράματι λύεται, ὅπερ ἐμφαίνει Αἰσχύλος, et ad v. 524 seq.:

ἄλλου λόγου μέμνησθε, τόνδε δ' οὐδαμῶς
καιρὸς γεγωνεῖν, ἀλλὰ συγκαλυπτέος
ὅσον μάλιστα,

adscripsit: τῷ ἑξῆς δράματι φυλάττει τοὺς λόγους. Altera igitur excepit Prometheum tragoedia, cui quin Προμηθεὺς λυόμενος fuerit nomen, dubitari non potest.[45]) Et hoc

---

[42]) Τοὺς σατύρους ἀκρατεῖς οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ Αἰσχύλος ἐν Γλαύκῳ.

[43]) Weilius in Persarum editione praef. p. XI.

[44]) Vide Hermanni dissertationem de Aeschyli Glaucis (Opuscul. II. 59 seq.).

[45]) Prometheum, qui dicitur πυρκαεύς, drama satyricum fuisse anapaestus demonstrat in quarto pede huius versus:

λινᾶ δέ, πίσσα κώμολίνου μακροὶ τόνοι,

quem Pollux X. 64 nobis servavit; v. Christ griech. Metrik p. 326 (2. edit).

permultis fabulae superstitis versibus confirmatur. Prometheus enim a Vulcano ad Caucasum montem affixus, Iovis saevitiam accusans, quamvis dura sibi perpetienda sint, confringi tamen se posse negat, cum aliquando idem Iuppiter mitis ac lenis futurus sit v. 188 seq.

οἶδ' ὅτι τραχὺς καὶ παρ' ἑαυτῷ
τὸ δίκαιον ἔχων Ζεύς· ἀλλ' ἔμπας
μαλακογνώμων ἔσται πόθ', ὅταν
ταύτῃ ῥαισθῇ.
τὴν δ' ἀτέραμνον στορέσας ὀργὴν
εἰς ἀρθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα
σπεύδων σπεύδοντί ποθ' ἥξει.

Potest autem vinculis liberari, quod Themis mater oraculum cum eo communicavit, quo filium aliquando a Iove procreatum iri patre potentiorem praedictum est.

v. 765: γαμεῖ γάμον τοιοῦτον, ᾧ ποτ' ἀσχαλᾷ.
v. 769: ἥ (scil. uxor) τέξεταί γε παῖδα φέρτερον πατρός.
v. 911: ἦ μὴν ἔτι Ζεύς, καίπερ αὐθάδης φρενῶν,
ἔσται ταπεινός, οἷον ἐξαρτύεται
γάμον γαμεῖν· ὃς αὐτὸν ἐκ τυραννίδος
θρόνων τ' ἄϊστον ἐκβαλεῖ.

Solus Prometheus, ex quonam matrimonio filius ille possit nasci, compertum habet, neque quisquam Iovi aperiet nisi Prometheus vinclis solutus.

v. 770: οὐδ' ἔστιν αὐτῷ τῆσδ' ἀποστροφὴ τύχης;
οὐ δῆτα, πλὴν ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθείς.
v. 917: τοιῶνδε μόχθων ἐκτροπὴν οὐδεὶς θεῶν
δύναιτ' ἂν αὐτῷ πλὴν ἐμοῦ δεῖξαι σαφῶς.
ἐγὼ τάδ' οἶδα, χῷ τρόπῳ.

Deinde Ioni quaerenti quisnam Iove invito eum liberare possit, si respondet

v. 773: τῶν σῶν τιν' αὐτὸν ἐκγόνων εἶναι χρεών.
v. 775: τρίτος γε γένναν πρὸς δέκ' ἄλλαισιν γοναῖς

haec ad Herculem pertinere in promptu est. Adde quod etiam Mercurio, ut Iovem de nuptiis fatalibus edoceat, hortato gravioraque minitato supplicia constantiam semper se servaturum esse affirmat:

v. 993: οὐκ ἔστιν αἴκισμ' οὐδὲ μηχάνημ' ὅτῳ
προτρέψεταί με Ζεὺς γεγωνῆσαι τάδε,
πρὶν ἂν χαλασθῇ δεσμὰ λυμαντήρια.

Iam Mercurius non futurum esse, ut liberetur, nisi deus pro eo moriatur, nuntiat:

v. 1031: τοιοῦδε μόχθου τέρμα μή τι προςδόκα,
πρὶν ἄν θεῶν τις διάδοχος τῶν σῶν πόνων
φανῇ, θελήσῃ τ' εἰς ἀναύγητον μολεῖν
Ἅιδην κνεφαῖά τ' ἀμφὶ Ταρτάρου βάθη.

Ex his vero indiciis summam argumenti Promethei soluti eo facilius refingere possumus, quod non pauca fragmenta nobis suppetunt. Adveniunt Titanes Promethei visendi causa:

fragm. 201: ἥκομεν —
τοὺς σοὺς ἄθλους τούςδε, Προμηθεῦ,
δεσμοῦ τε πάθος τόδ' ἐποψόμεγοι.

Verba, quibus eos adloquitur Prometheus, a Cicerone in Tusculanis disputationibus (II. 10) versa sunt:

Titanum suboles, socia nostri sanguinis,
generata caelo, adspicite religatum asperis
vinctumque saxis etc.

Deinde Hercules cum terras permigraret, ut Hesperidum mala in Graeciam transportaret, in locum advenit, ubi Prometheus poenas pendens ad Caucasum affixus est. Eum Herculi sicuti antea Ioni itinera descripsisse permulti demonstrant versus; ut

fragm. 206: ἔπειτα δ' ἥξεις δῆμον ἐνδικώτατον
βροτῶν ἁπάντων καὶ φιλοξενώτατον,
Γαβίους, κ. τ. λ.

fragm. 209: εὐθεῖαν ἕρπε τήνδε· καὶ πρώτιστα μὲν
Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοάς, κ. τ. λ.

fragm. 210: ἥξεις δὲ Λιγύων εἰς ἀτάρβητον στρατόν, κ. τ. λ.

Sed Hercules ubi aquilam conspexit, Apolline invocato

(fragm. 212): Ἀργεὺς δ' Ἀπόλλων ὀρθὸν ἰθύνοι βέλος

sagitta eam transfigit. Denique ἄκοντος Διός Prometheus liberatur a filio Iovis, quem interrogat

(fragm. 213): ἐχθροῦ πατρός μοι ποῦ τὸ φίλτατον τέκνον;

Iam cum Prometheus vinclis sit solutus neque quicquam, quominus aperiat Iovi fatale illud matrimonium, obstet, Iuppiter cum eo in gratias redire poterit, si quis deus pro eo mortem se obiturum esse promiserit[46]), quem deum Chironem centaurum fuisse, qui

---

[46]) Apparet, ut conciliaretur Prometheus cum Iove aut illum modestiorem fieri debuisse, aut deum aliquantum de severitate remittere; utrum factum sit, nescimus. Alii Schoemannum secuti Prometheum quodammodo superbiae paenituisse, alii cum Hermanno deum mitiorem se praestitisse arbitrati sunt. Non nostrum est controversiam hoc loco diiudicare, quod fieri non poterit, nisi. quid Aeschylus de Iove ceterisque dis senserit, accurate exploraveris. Id tamen liceat mihi dicere Hermanni sen-

in antro Peliaco saucius iacebat, ex iis, quae Apollodorus (II. 5. 11) refert, iure colligi potest. Incertum vero est, utrum haec deorum reconciliatio acta sit in eadem fabula an tertiae tragoediae fuerit argumentum. Qui Prometheum vinctum medium inter duas trilogiae fabulas obtinuisse locum putat — et est haec vulgaris opinio, quam Welckerus, Hermannus, alii sunt amplexi — et liberari et reconciliari cum Iove Prometheum in tertia fabula pro certo habebit. Nuper autem a Westphalio[47]) alia est prolata opinio. Plerique enim viri docti Prometheo ignifero primum attribuerunt locum adducti et nomine ipso et quod Cicero in Tuscul. disputat. (II. 10) hoc dixerit: „Veniat Aeschylus . . . quo modo fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtum Lemnium[48]): Westphalius tertio loco hanc fabulam esse actam vult, quod vix sit credendum, Aeschylum eas res, quas modo in ignifero Atheniensium oculis in ipsa scaena proposuisset, uberius in sequente fabula iterum descripsisse. Deinde exstare scholion (ad v. 94): „ἐν γὰρ τῷ πυρφόρῳ γ' μυριάδας φησὶ δεδέσθαι αὐτόν," quo demonstrari tum actum esse igniferum, cum post immensum temporis spatium Prometheus poenas iam non lueret. Nomen autem Πυρφόρος non ita esse interpretandum, ut eo deum ignem furatum significari velimus, sed hoc cognomine saepius appellari Prometheum, non quod semel Iovi eripuerit ignem, sed quod hoc beneficio in perpetuum generi humano optime consuluerit. Iam vero quod Westphalius artem Aeschyli bis easdem narrantis res exilem habendam esse censet, facile huic difficultati possumus mederi, si modo cum Hermanno[49]) non furtum ipsum, sed „illam de perdendo aut servando genere humano controversiam in ignifero Prometheo agitatam esse" statuimus, quam coniecturam probabilitate quadam non carere versus nos docent:

v. 230: ὅπως τάχιστα τὸν πατρῷον ἐς θρόνον
καθέζετ', εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα
ἄλλοισιν ἄλλα καὶ διεστοιχίζετο
ἀρχήν, βροτῶν δὲ τῶν ταλαιπώρων λόγον
οὐκ ἔσχεν οὐδέν', ἀλλ' ἀϊστώσας γένος

---

tentiam, quam uberius in dissertatione de Prometheo Aeschyleo (edita est a. 1845, v. Opusc. VIII p. 144 seq.) explicavit, magis ingenio Aeschyli convenire videri.

[47]) Rudolf Westphal: Prolegomena zu Aeschylus. 1869.

[48]) Sic Welckerus ratiocinatus est: Trilog. p. 7: „Über die erste verlorene Tragödie (Prometheus Feuerlanger) dürfen wir uns nur Ciceros unverwerfliches Zeugnis zu eigen machen, dafs sie den Lemnischen Raub enthielt." Parum considerate, opinor, haec dicta sunt. Ex Ciceronis enim verbis nihil nisi id effici potest, apud Aeschylum Prometheum summos perferre dolores ob furtum Lemnium; furtum tragoediae fuisse argumentum non dicit Cicero.

[49]) Hermannus l. l. p. 16 (Opuscul. VIII. p. 158).

235: τὸ πᾶν ἔγρηξεν ἄλλο φιτῦσαι νέον.
καὶ τοῖσιν οὐδεὶς ἀντέβαινε πλὴν ἐμοῦ.
ἐγὼ δ' ἐτόλμησ'· ἐξελυσάμην βροτοὺς
τοῦ μὴ διαρραισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν.
τῷ τοι τοιαῖσδε πημοναῖσι κάμπτομαι.
πάσχειν μὲν ἀλγεινοῖσιν, οἰκτραῖσιν δ' ἰδεῖν.

Sed multo maioris momenti est scholion illud, quo, nisi vitium in eo latere putamus, Westphalii opinio firmissimo nititur fundamento. Cum vero illud quod Westphalius constituit argumentum igniferi[50]) per se nihil habeat, quod Aeschyli arti repugnet, deinde cum in Prometheo vincto nullus inveniatur versus, quo necessario praegressam esse aliam tragoediam possit demonstrari, vix adducor, ut corrigenda esse scholiastae verba cum Welckero putem. Paucis enim veterum testimoniis si ipsi nos privaverimus, hoc auxilio nobis adempto nostro arbitrio omnia nobis diiudicanda erunt. Quis vero hac via vix veri quicquam effici posse non videt? Itaque et scholion conservandum et Westphalium vera vidisse mihi persuasi.

Pauca denique de Supplicibus dicamus. Cuius fabulae universum argumentum continuationem efflagitare etsi perspicuum est, et quamquam nullum in Supplicibus versum ad fabulam aliquam praegressam pertinere, ideoque primo loco actam esse hanc fabulam satis constat[51]), quaenam fuerint illae tragoediae, parum adhuc liquet. De rebus autem, quas tractaverit Aeschylus, non dubitandum est, quin in altera fabula Danaidum nuptiae sponsorumque caedes, in tertia iudicium de Hypermnestra, quae patri non obsecuta Lynceo pepercerat, acta sint. Hermannus[52]) quidem in tertia fabula non solum de Hypermnestra agi, sed coniunctum esse cum eius causa iudicium, quod ceterae Danaides et Danaus ipse subissent, affirmavit. Quam opionem probare non possum. Etenim aut Hypermnestra accusanda erat, quod factum esse hoc demonstratur fragmento:

---

[50]) Westphal l. l. p. 218. Die Versöhnung enthält das dritte Stück; sie wird motiviert durch den Mythus, dafs Zeus sich mit Thetis zu vermählen wünscht, aber durch Prometheus Spruch die Gefahren erkennt, die aus diesem Bunde seiner Herrschaft erwachsen würden. Und die Vermählung der Thetis mit Peleus, die dann Prometheus anrät, vermittelt ihm den διάδοχος πόνων in der Gestalt des Chiron. p. 219. Als Prometheus durch Verkündigung des Orakels den Thron des Zeus vor dem Umsturz gesichert, als er zugleich einen Stellvertreter gefunden hatte, der seine Strafe auf sich nahm, da wurde er als πυρφόρος θεός geehrt durch Einsetzung seines glänzenden Festes, der προμηθεία. Der ganzen Fabel wird durch den attischen Dichter ein Abschlufs im national-patriotischen Sinne gegeben, ähnlich wie dies in der Orestie durch den Cult der Eumeniden geschehen ist.

[51]) v. Tittlerum in: Zeitschrift für Altertumswissenschaft 1838 p. 953 seq.

[52]) Hermannus: de Aeschyli Danaidibus 1820 (v. Opusc. II. 319 seq.)

ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα,
ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν·
ὄμβρος δ' ἀπ' εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσὼν
ἔκυσε γαῖαν· ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
μῆλων τε βοσκὰς καὶ βίον Δημήτριον.
δενδρῶτις ὥρα δ' ἐκ νοτίζοντος γάμου
τέλειός ἐστι· τῶν δ' ἐγὼ παραίτιος.

quae verba Veneris puellam in sponsum mitem defendentis videntur esse — tum ceterae, quae paruerant, Danaides ne potuerunt quidem accusari — aut Danaides, quod sponsos interfecerant, puniendae erant, iam Hypermnestra nec accusanda nec defendenda erat. De nominibus vero tragoediarum dissenserunt viri docti: Welckerus hunc constituit ordinem: Ἱκέτιδες, Αἰγύπτιοι Δαναΐδες[53]), qua in re Aegyptiorum loco Αἰγυπτιάδαι aut Αἰγύπτου παῖδες scribendum esse rectissime vidit Hermannus, qui ipse has sese excepisse tragoedias coniecit: Ἱκέτιδες, Θαλαμοποιοί, Δαναΐδες. Nuperrime denique Birtius[54]), cum Danaides scelere contaminatas chori partes agere posse negaret, in tertium locum Aegyptios instituit, quos non, sicuti Welckerus, Aegyptii filios, sed Aegypti filiorum comites captivos dominorum suorum exitum conquerentes esse voluit. Danaides autem totius trilogiae titulum fuisse sibi persuasit, ut quattuor, qui nobis sunt servati tituli, sic distribuendos esse suspicaretur: Δαναΐδες ἢ Ἱκέτιδες, Δαναΐδες ἢ Θαλαμοποιοί, Δαναΐδες ἢ Αἰγύπτιοι. Quae coniectura probabilitatem quandam habet; sed ad rem, quam hic agimus, satis est demonstrasse artissime inter se iunctas esse trilogiae fabulas.

Ex magno, qui servati sunt, titulorum numero alias quoque trilogias componere studuerunt viri docti, ut Westphalius octo, Welckerus multo plures invenisse sibi visus est, quas omnes optimo iure hoc loco a nobis neglectas esse putamus. Etenim quamvis sit veri simile has illas tragoedias una trilogia in scaenam datas esse, de nulla tamen certi quicquam dici potest. Et quantopere sit cavendum, ne trilogias componentes incidamus in errorem, Welckerus exemplo nobis esse potest, qui cum in libro, quem de trilogia scripsit, Septem tertiam fabulam fuisse negasset, deinde Bacchi Nutrices, Edonos, Lycurgum in unam redegisset trilogiam, postea gravissimis implicatum se esse erroribus fateri coactus est. Quid? quod Ot. Muellerus, vir doctus sane et acutus, haec scripsit: „In den Sieben gegen Theben hätte nie in Abrede gestellt werden sollen, daſs das letzte Stück, der Streit der Antigone mit dem Herolde, ein eben solches Verbindungsglied mit einer folgenden Tragödie

[53]) Welcker: Griech. Tragödien etc. I. 30.
[54]) Birt: Rhein. Museum 1877 p. 419 seq.

sei, wie die Erinyenscene am Ende der Choephoren. . . . Dagegen läfst sich mit dem Gange der Gedanken und Empfindungen in den Eumeniden sicher kein andres Stück vergleichen, es ist die einzige Schlufstragödie, die wir haben.[55]) Nonne inde fit perspicuum, incertissimas esse omnes de trilogiis, quarum nulla exstat fabula, coniecturas? Et ita esse necesse est; ex fragmentis enim deperditarum tragoediarum etsi nonnulla de argumentis possunt concludi, nihil tamen ad rem attinent, si quae tragoediae se exceperint, quaerimus. At tragoediarum tituli, si inter se eos comparaveris, persaepe trilogiam suadent. Quid inde colligi potest? Nihil, opinor. Nonne Oedipus rex, Antigone, Oedipus Coloneus trilogiam efficere potuerunt? Attamen seiunctim in scaenam sunt commissae. Fac modo Persas fabulam interisse, didascaliam non esse servatam, quis umquam cum Persis Phineum et Glaucum Potniensem consociaret? Et si quis id faceret, risum certe moveret! Accedit vero, quod hac in re etiam gravius est: cur composuerunt omnino trilogias viri docti? Quod certam quandam de trilogia Aeschylea opinionem amplexi deperditarum fabularum titulos per trilogias disponi et posse et debere crediderunt. Nos vero iam nulla trilogiae Aeschyleae notione constituta, quo iure alia ab aliis profecta uti possumus?

III.

Sex igitur sunt trilogiae, quarum quattuor actas esse traditum est, duas, etiamsi de loco Promethei igniferi et de titulis tragoediarum, quae iunctae erant cum Supplicibus, potest dubitari, in scaenam esse commissas, si quid umquam, veri simile est; hae sunt, quibus ut certo disputationis fundamento uti possimus. Videmus autem quinque trilogias ita esse comparatas, ut fabulae argumenti perpetuitate inter se cohaereant, ut actiones singularum fabularum minime sint absolutae, quippe quae aut praegressam aut secutam esse unam duasve fabulas doceant, et rerum enarrationem a poeta ita esse institutam, ut ex fabula superstite non pauca de deperditis colligi liceat, quod uberius supra demonstravimus. Itaque nonnullis trilogiis nomina, quibus tres significabantur fabulae, iam ab antiquis indita videntur esse; ut in Aristophanis Ran. v. 1124 Orestea nominatur. Atque ab Aristophane quidem Oresteam tantum de Choephoris et de Eumenidibus dici apparet. Euripidi enim, qui castigans prologos Aeschyleos eum rogat:

πρῶτον δέ μοι τὸν ἐξ Ὀρεστείας λέγε

Aeschylus haec recitat verba:

---

[55]) Otfried Müller: Des Aeschylus Eumeniden. Göttingen 1839 p. 193.

Ἑρμῆ χθόνιε, πατρῶ' ἐποπτεύων κράτη,
σωτὴρ γενοῦ μοι, σύμμαχος τ' αἰτουμένῳ κ. τ. λ.

Si Orestea etiam Agamemnomem contineri voluisset Aristophanes, poetam haec verba dicentem fecisset:

Θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων,
φρουρᾶς ἐτείας μῆκος κ. τ. λ.

Postea latius hoc nomen patere coepit [56]).

Unam vero trilogiam cognovimus, quae omni argumenti vinculo plane careat. Iam videamus, quae ex his rebus de Aeschyli ratione trilogica colligi possint. Num Aeschyli arti proprium fuisse, ut trilogias doceret, quarum fabulae unam quasi tripertitam tragoediam efficerent, cum Welckero putabimus? Refragantur Persae. Dicet quispiam hanc unam modo esse trilogiam, exceptione autem, ut dicunt, confirmari regulam. Quis vero negare audeat, non saepius Aeschylum eadem ratione ac Persas alias quoque composuisse trilogias? Quid tandem? Modeste, opinor, id modo affirmare possumus, videri Aeschyli morem fuisse, ut non raro fabulas argumento nexas in scaenam daret, hanc componendi legem ab eo non esse usurpatam.

At fortasse poeta aliis in trilogiis paruit legibus? Id viri quidam docti censuerunt. Ut Welckerus non modo argumenti perpetuitatem, sed etiam eam ab Aeschylo observatam esse legem sibi persuasit, ut inter primam mediamque fabulam longum temporis spatium interesset, ut media fabula praeter ceteras commoveret animos, ut tertia, quae praecipue ad deorum cultum pertineret, accomadata esset ad animos sedandos prioribus exagitatos. Aperte haec falsa sunt. Neque magnum temporis spatium inter Supplices et Thalamopoeos interest, neque Septem fabula ad cultum deorum pertinet, neque eadem tragoedia animi perturbati possunt sedari. Aliam viam ingressus est Hermannus, qui in dissertatione de compositione tetralogiarum [57]) ut trilogiae cum voluptate possent audiri, maximam inter singulas fabulas dissimilitudinem fuisse voluit: „Erat vero in tragoediis triplex omnino fons, ex quo peti ista dissimilitudo posset. Nam et animis et auribus et oculis prospicere debet poeta scaenicus. Itaque et inventione fabulae atque compositione, et canticorum temperamento, et apparatu rei scaenicae differre tragoedias opportet. Et profecto, quae sola nobis, quod quidem certe sciamus, trilogia superest, egregie huic rei fidem facit. Agamemnon magna et gravis fabula, tota ad epici carminis severitatem composita . . . ad scaenicum autem apparatum nihil insigne aut novum Excipiunt hanc Choephori, plane diversi coloris

[56]) Optime haec quadrant in ea, quae supra de trilogiae verbo exposui: nec nomen exstabat Aristophanis aetate nec rei notio certis finibus circumscripta.

[57]) L. l. p. 7 (Opuscul. II. p. 311 seq.).

fabula, in qua actionis non multum, cantica chori minus longa, sed de scaena tanta tamque admirabilis varietas, ut tota fabula lyricam indolem spiret, cantusque in ea primarium locum tenere videatur. Mirum quantum ab hac differt tertia fabula, Eumenides, quae tota, ut in capitalis iudicii disceptatione versans, austera ac paene aspera. . . . Fere omnia in hac eo tendunt, ut oculis nova, insolens, terribilis species obiciatur.“ Assensus est Hermanno Volgangus Goethius[58]), et ingeniose sane haec sunt disputata; attamen quamquam in unam Oresteam haec quadrant, in omnibus trilogiis hanc valuisse legem nullo modo potest demonstrari. Ad musicam denique artem confugit Geppertus, qui ita comparatas fuisse trilogiae tragoedias putavit, ut inter se differrent sicuti symphoniae quae dicitur partes. „Ich bin nämlich überzeugt, dafs sich die einzelnen Dramen der Tetralogie ungefähr so zu einander verhalten, wie bei uns die Sätze einer Sonate oder Symphonie, d. h. sie bildeten eine Folge von Stücken, die im Tempo, im Charakter und zuweilen in der Tonart verschieden waren, ohne dabei in irgend einer Weise von einander abhängig zu sein. Gleichwohl ist die Folge dieser Sätze keine willkürliche, sie ist aufs beste in der menschlichen Natur begründet. Dem Allegro ist zu allen Zeiten ein Adagio, diesem ein Presto gefolgt. Wer die Verhältnisse hier umkehren wollte, ohne im Stoffe des Kunstwerkes eine gebieterische Notwendigkeit zu finden, würde etwas sehr Ungereimtes thun. Auch ist dies weder von den griechischen noch von unsern Komponisten geschehen. Die mittleren Stücke zeichneten sich auch bei ihnen durch ein Verharren der tragischen Handlung aus und entsprachen insofern vollkommen dem Mittelsatze einer Symphonie. Die Anfangsstücke schlugen einen lebhaften Ton an, der in den Schlufsstücken noch gesteigert zu werden pflegte.“[59]) Sed parum lucramur hac comparatione, suis enim quaeque ars utitur legibus, nec alterius ad alteram sunt transferendae. Ex paucis quidem Aeschyli tragoediis, etiam si quis hanc legem in hac illa observatam esse putaverit, nihil eruere possumus, quo hanc Aeschyli componendi rationem fuisse demonstrari possit.

Iam vero mihi perspicuum videtur esse, nullam legem, qua tres trilogiae tragoediae inter se cohaereant, inveniri posse. Quod vero trilogias, quarum fabulae argumento perpetuitate erant coniunctae, ab Aeschylo sunt compositae, inde minime consequitur, hoc arti Aeschyleae fuisse proprium. Nam et alii poetae tales docuerunt

---

[58]) In censura dissertationis Herm. (a. 1823) haec scripsit: „Höchst natürlich und wahrscheinlich nennen wir daher auch die Behauptung gegenwärtigen Programms, eine Trilogie oder gar Tetralogie habe keineswegs einen zusammenhängenden Inhalt gefordert, also nicht eine Steigerung des Stoffes, wie oben angenommen, sondern eine Steigerung der äufseren Form, gegründet auf einen vielseitigen und zu dem bezweckten Eindruck hinreichenden Inhalt. (Goethes Werke. Stuttgart 1867. T. 30. p. 7.)

[59]) Geppert: Über die Aufführung der Medea des Euripides. Leipzig 1843 p. 10.

trilogias, ut Philocles Pandionidem, Polyphradmon Lycurgiam, et ipse Aeschylus minime sibi constans erat. Neque mirabimur tragoedias una didascalia in scaenam commissas non semel cohaesisse, si mythorum graecorum naturam consideraverimus, in quibus heroum sortes per complures generationes erant narratae. Poeta igitur si unius tragoediae argumentum ex aliquo mythorum complexu sumpsit, ceteras ex eadem serie sumere potuit, et saepe fortasse sumpsit, minime vero lege quadam artis dramaticae obstrictus id facere debuit.

Quoniam igitur Aeschylum certa in componendis trilogiis lege non usum esse vidimus, utrum semper trilogias an singulas aliquando tragoedias docuerit, quaeri potest. Unum modo nobis servatum est Suidae testimonium, ex quo aliquid possis efficere. Etenim si Sophocles primus fuit, qui aliquando iam non quattuor, sed una certaret fabula, haud multo a vero aberrabimus, si aliquot annis ante Sophoclem illud trilogiis certandi genus institutum esse putabimus, cum non sit veri simile Sophoclem, quae modo essent instituta, statim immutavisse. Cuinam vero diiudicare, utrum ante Aeschyli aetatem an ab Aeschylo ipso hic mos sit constitutus, 'magnus donavit Apollo?' Si ab Aeschylo, ab eo iuvene id factum esse putandum. Itaque Aeschylus semper trilogias docuit, antequam Sophocles morem illum immutaret; cum vero et post Sophoclem duas eum docuisse trilogias constet, probabile quidem est eum per totam vitam hoc componendi genere esse usum.

Iam disputationem ad finem adduxisse nobis videmur; sic vero, ut paucis, quae exposuimus, complectamur, statuimus:

1) Tres eiusdem poetae tragoediae eadem didascalia in scaenam datae postea ab Alexandrinis nominatae sunt 'trilogia'.

2) Aeschylus semper trilogias videtur docuisse.

3) Tres trilogiae Aeschyleae fabulae non necessario iunctae erant argumento. Quod si factum est, causa nec in arte Aeschylo propria nec in pristinae tragoediae indole, sed in mythorum inerat natura.

Joannes Wetzel.

TABLEAU HISTORIQUE DU COLLÈGE

PENDANT L'ANNÉE SCOLAIRE 1882—1883.

I. PLAN D'ÉTUDES.

A. LYCÉE.

	I	II A	II B	III A 1	III A 2	III B 1	III B 2	IV 1	IV 2	V 1	V 2	VI 1	VI 2
Religion	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	3	3
Allemand	3	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	3	3
Latin	10 (8)	8	8	9	9	9	9	10 (9)	10 (9)	9	9	7 (9)	7 (9)
Grec	6	7	7	7	7	7	7						
Français	2	3 (2)	3 (2)	4 (2)	4 (2)	4 (2)	4 (2)	6 (5)	6 (5)	6 (4)	6 (4)	5 (0)	5 (0)
Hist. et Géogr.	3	3	3	3	3	3	3	4	4	3	3	3	3
Math. et Arith	4	4	4	3	3	3	3	4	4	4	4	4	4
Physique	2	2	2										
Sciences nat.						— (2)	— (2)			— (2)	— (2)	— (2)	— (2)
Dessin								2	2	2	2	2	2
Écriture										2	2	2	2
	32 (30)	31 (30)	31 (30)	30	30	30	30	30	30	30	30	29 (28)	29 (28)
Hébreu	2	2											
Anglais	2	2											
Dessin	2												
Chant	4									1	1	1	1
Gymnast.	2			2		2		2		2		2	
	2												

Dans le cours de ces dernières années on a dédoublé plusieurs classes. Il existe maintenant deux divisions parallèles de Troisième supérieure, de Troisième inférieure, de Quatrième, de Cinquième et de Sixième. Le cours de chacune de ces classes est d'un an; la première division commence à Pâques, la seconde à la St. Michel. Lorsque, à la fin du cours, un élève n'est pas jugé capable de passer dans la classe supérieure, il entre dans la division correspondante de la classe où il a été jusqu'alors, pour être mis en demeure d'être promu au bout de six mois. (*„Parallelclassen mit Wechselcoeten"*).

PREMIÈRE.

Professeur de classe: le Directeur.

1. RELIGION. (2 heures de classe par semaine.) Explication de l'épître de saint Paul aux Romains. Cours d'histoire ecclésiastique jusqu'à Grégoire I^er^. **Stroetzel.**

2. ALLEMAND. (3 h.) Compositions. Discours faits en classe sur des ouvrages lus par les élèves. Cours d'histoire de la poésie allemande jusqu'à Lessing. (2 h.) Premières notions de logique (d'après le manuel de Trendelenburg: „Elementa logices Aristoteleae"). (1 h.) **Stroetzel.**

3. LATIN. (10 h.) Cicéron, *de Oratore*, I; morceaux choisis dans le deuxième livre; *Lettres choisies.* Sénèque, *Lettres morales.* (3 h.) Horace, *Carmina*, I, II; *Epistolae* I, 1, 2, 6, 17—20; II, 1, 2, (3 h.) Contrôle de la lecture privée (Cicéron, *de Finibus*, IV, V; *de Officiis* I et la moitié du II^e^ livre). Aperçu des principaux systèmes philosophiques de l'antiquité. (2 h.) Traduction orale de morceaux tirés d'auteurs allemands. Thèmes, *extemporalia*, compositions. (2 h.) **Weissenfels.**

4. GREC. (6 h.) Homère, *Iliade*, XII, I, II. Sophocle, *Électre.* Platon, *Ménon*, *Criton.* Grammaire, *extemporalia.* Lecture privée: Huit livres de l'*Iliade.* Aperçu de l'histoire des arts dans l'antiquité. **Schnatter.**

5. FRANÇAIS. (2 h.) Compositions. Discours faits en classe. Analyses d'ouvrages lus par les élèves. Cours de littérature française: les prosateurs du XVII^e^ et les auteurs principaux du XVIII^e^ et du XIX^e^ siècle. **Friese.**

6. HISTOIRE. (3 h.) Histoire des principaux peuples de l'Europe de 476 à 1556. En été: **Esternaux**, en hiver: **Marggraff.**

7. MATHÉMATIQUES. (4 h.) En été: Fractions continues. Analyse indéterminée. En hiver: Complément de géométrie dans l'espace. (2 h.) Exercices divers. (2 h.) **Arendt.**

8. PHYSIQUE. (2 h.) En été: Principes de mécanique. Acoustique. En hiver: Chaleur. **Arendt.**

9. HÉBREU. (2 h.) Revision de la grammaire. Explication de morceaux choisis des livres historiques et poétiques de l'Ancien Testament. **Stroetzel.**

10. ANGLAIS. (2 h.) Dickens, *A Christmas Carol.* Shakespeare, *Julius Caesar.* Thèmes, *extemporalia.* Grammaire (d'après Gesenius.) **Veelkel.**

11. CHANT. (2 h.) Les élèves des six premières classes qui prennent part à ces leçons sont réunis. **Commer.**

Les élèves dispensés des leçons de chant pour raison de santé ont eu une leçon d'allemand avec M. **Weissenfels**, qui leur a expliqué, en été, Goethe, *Unterredungen mit Eckermann*, et, en hiver, quelques chefs-d'oeuvre de l'école romantique en Allemagne.

12. DESSIN. (2 h.) Les élèves des cinq premières classes qui veulent prendre part à ces leçons se trouvent réunis. **Gennerich.**

13. GYMNASTIQUE. (2 h.) Pour cet objet les élèves de Première et des deux Secondes sont réunis. **Nauck.**

SECONDE SUPÉRIEURE.

Professeur de classe: M. le Professeur **Marggraff.**

1. RELIGION. (2 h.) En été: Explication de l'Évangile selon saint Jean. En hiver: Explication de l'épître de saint Paul aux Galates, de la première épître aux Thessaloniciens et de morceaux choisis dans la première épître aux Corinthiens. **Stroetzel.**

2. ALLEMAND. (2 h.) Cours de Poétique: Poésie dramatique. Compositions. Discours faits en classe. **Gessner.**

3. LATIN. (8 h.) Vergile, *Énéide*, VII. VIII, 1—415, I, II. (2 h.) En été: **Gessner**, en hiver: **Marggraff.** Cicéron, *Laelius*, *Philippiques* I, II. Tite-Live, XXI, XXII. (3 h.) *Syntaxis ornata*, construction des phrases et des périodes, règles sur l'emploi des substantifs, des adjectifs, des pronoms et des particules, d'après Berger, *Lateinische Stilistik*. Compositions, *extemporalia*, thèmes, traductions orales de Seyffert, *Uebungsbuch*, et de Berger, *Stilistische Vorübungen*. (3 h.) En été: **Rothe**, en hiver: **Marggraff.**

4. GREC. (7 h.) Isocrate, *Panégyrique d'Athènes*. Lucien, *Nigrinus* et *Le Coq*. Hérodote, I. Homère, *Odyssée*, IX, X, XVIII — XX, XXIII. Revision des verbes irréguliers et des formes du dialecte épique. Cours de syntaxe. *Extemporalia*. Lecture privée: Homère, *Odyssée*, I, XXI, XXII, XXIV. Récitation de plusieurs morceaux de l'Odyssée. **Weissenfels.**

5. FRANÇAIS. (3 h.) Racine, *Esther*, Corneille, *Cinna*. Cours de prosodie. Compositions. Traduction orale d'une partie de Lessing, *Hamburgische Dramaturgie*, et de Schiller, *Geschichte des dreissigjährigen Krieges*. Exercices d'élocution. **Voelkel.**

6. HISTOIRE. (3 h.) Histoire romaine. Géographie de l'Italie ancienne. En été: **Esternaux**, en hiver: **Marggraff.**

7. MATHÉMATIQUES. (4 h.) Été: Trigonométrie rectiligne. Hiver: Éléments de géométrie dans l'espace. (2 h.) — Équations du 1er degré à plusieurs inconnues et du second degré à une et à deux inconnues. Progressions arithmétiques et géométriques. Intérêts composés. Problèmes. (2 h.) **Arendt.**

8. PHYSIQUE. (2 h.) Propriétés générales des corps. Théorie des solides. Chaleur. **Arendt.**

9. HÉBREU. (2 h.) Cours d'étymologie d'après Gesenius. Explication des morceaux correspondants du manuel de Mezger, *Hebräisches Lesebuch.* **Stroetzel.**

10. ANGLAIS. (2 h.) Pour cet objet les élèves de cette classe sont réunis à ceux de Première. **Voelkel.**

11. CHANT. V. la première classe.

Les élèves dispensés des leçons de chant ont eu une leçon d'allemand avec M. **Weissenfels,** qui leur a expliqué quelques chefs-d'oeuvre de Shakespeare.

12. DESSIN.
13. GYMNASTIQUE. } V. la première classe.

SECONDE INFÉRIEURE.

Professeur de classe: M. le Professeur **Gessner.**

1. RELIGION. (2 h.) Été: Introduction au Nouveau Testament; lecture des Actes des Apôtres. Hiver: Introduction aux livres poétiques et prophétiques de l'Ancien Testament; lecture de morceaux choisis dans les principaux de ces livres. **Stroetzel.**

2. ALLEMAND. (2 h.) Cours de poétique. Lecture de Schiller, *Wallenstein.* Compositions et discours sur des sujets donnés. **Wetzel.**

3. LATIN. (8 h.) Vergile, *Énéide*, I. Ovide, Morceaux choisis dans les *Tristia.* Tibulle, *Élégies.* (2 h.) En été: **Weissenfels,** en hiver: **Gessner.** Salluste, *Jugurtha.* Cicéron, *De imperio Pompei.* (3 h.) Emploi du participe, du gérondif et du supin; revision générale de la syntaxe. Thèmes tirés de Seyffert, *Uebungsbuch. Extemporalia.* Traduction orale du manuel de Süpfle. Lecture privée: Quinte-Curce, V. (3 h.) **Gessner.**

4. GREC. (7 h.) Xénophon, *Hellenica,* III—IV. Homère, *Odyssée,* VII—X. Revision des verbes irréguliers. Les formes du dialecte épique. *Extemporalia.* Récitation de plusieurs morceaux de l'Odyssée. **Friese.**

5. FRANÇAIS. (3 h.) Molière, *L'Avare*; Delavigne, *Louis XI.* Revision des cours des classes inférieures. Régime des verbes; emploi de l'infinitif, de l'adverbe et des prépositions, d'après la grammaire de Borel. Thèmes et *extemporalia.* Discours faits en classe. Traduction des *Fables* de Lessing et de la *Guerre de trente ans* par Schiller. **Voelkel.**

6. HISTOIRE. (3 h.) En été: Histoire et géographie des principaux peuples de l'Orient. **Mangold.** En hiver: Histoire grecque. Géographie de l'ancienne Grèce. **Harggraff.**

7. MATHÉMATIQUES. (4 h.) Été: Équations du 1er degré à une inconnue; puissances, racines et logarithmes. Revision du cours d'hiver. Hiver: Similitude et mesure des figures; polygones réguliers et mesure du cercle. Problèmes de géométrie. Revision du cours d'été. **Baer.**

8. PHYSIQUE. (2 h.) Été: Propriétés générales des corps. Premières notions de chimie. Propriétés physiques des solides. Hiver: Premières notions sur les principaux mouvements des corps et sur les liquides. Électricité statique. **Arendt.**

9. HÉBREU. (2 h.) Pour cet objet les élèves de cette classe sont réunis à ceux de la Seconde supérieure.

10. ANGLAIS. (2 h.) Grammaire (d'après Gesenius). Lecture de morceaux choisis dans le livre de Gesenius. En été: **Voelkel**, en hiver: **Weber.**

11. CHANT. (2 h.) V. la première classe.

Les élèves dispensés des leçons de chant ont lu avec M. **Gessner**, en été, E. Scribe: *La Camaraderie*, et, en hiver, ils ont eu une leçon d'allemand avec M. **Weissenfels**, qui leur a expliqué la chanson des Nibelungen.

12. DESSIN.
13. GYMNASTIQUE. } V. la première classe.

TROISIÈME SUPÉRIEURE.

Professeurs de classe: 1re division: M. **Gottschick**; 2e division: M. le Dr. **Friese.**

1. RELIGION. (2 h.) Histoire du peuple juif depuis la captivité de Babylone jusqu'à la destruction de Jérusalem. Explication des évangiles synoptiques. 1re div. **Gottschick.** 2e div., en été: **Stroetzel**, en hiver: **Rothe.**

2. ALLEMAND. (2 h.) Lecture de Hopf et Paulsiek, *Lesebuch für Tertia*; Schiller, *Die Jungfrau von Orleans.* Compositions. 1re div. **Gottschick.** 2e div., en été: **Stroetzel**, en hiver: **Rothe.**

3. LATIN. (9 h.) Ovide, *Métamorphoses*, (1re div. X, 155—219. 525—553. 705—735. XI, 1—220. 749—795. XII, 1—188. 210—579. 2e div. I, 313—451. III, 511—733. VII, 1—354. VIII, 611—813.) (2 h.) 1re div. en été: **Esternaux**, en hiver: **Gottschick**; 2e div. en été: **Esternaux**, en hiver: **Mangold.** *Prosateurs:* 1re div. César, *De bello gallico*, VII. Cicéron, *La première Catilinaire.* 2e div. César, *De bello civili*, I, II. (2 h.) Emploi de l'indicatif, du conjonctif, de l'impératif et de l'infinitif. Revision des cours des classes inférieures. *Extemporalia.* Traduction orale des manuels de Gruber et d'Ostermann. (5 h.) 1re div. **Gottschick**, 2e div. **Friese.**

4. GREC. (7 h.) Xénophon, *Anabase*, 1re div. I, 2e div. IV, 6—VI, 3. Verbes en μι et verbes irréguliers. Revision du cours des classes inférieures. *Extemporalia.* 1re div. **Schnatter**, 2e div. **Gottschick.**

5. FRANÇAIS. (4 h.) Boileau, *Satires* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. *Épîtres* 1. 4. 5. Molière, *L'Avare.* Revision du cours des classes inférieures. Syntaxe de l'adjectif, de l'article et des pronoms. Thèmes et *extemporalia.* 1re div. **Weber**, 2e div. **Friese.**

6. HISTOIRE. (3 h.) Histoire de Prusse. Revision de la géographie de l'Allemagne. 1re div. en été: **Esternaux**, en hiver: **Marggraff**; 2e div. en été: **Gottschick**, en hiver: **Esternaux.**

7. MATHÉMATIQUES. (3 h.) Revision des quatre premières opérations algébriques. Puissances à exposants entiers. Extraction des racines carrée et cubique. Propriétés du cercle, équivalence des figures. Problèmes. 1re div. **Weber**, 2e div. **Baer.**

8. CHANT. (2 h.) V. la première classe.

Les élèves dispensés des leçons de chant ont lu en été: Paganel, *Histoire de Frédéric le Grand*, la 1re div. avec M. **Weber**, la 2e div. avec M. **Gottschick**. En hiver la 1re div. a eu une leçon de mathématiques avec M. **Weber**; la 2e a lu Scribe, *le Diplomate*, avec M. **Braam**.

9. DESSIN. (2 h.) V. la première classe.

10. GYMNASTIQUE. (2 h.) Les deux divisions sont réunies dans ces leçons. **Nauck**.

TROISIÈME INFÉRIEURE.

Professeurs de classe: 1re division: M. le Dr. **Mangold**; 2e division: M. **Wetzel**.

1. RELIGION. (2 h.) Histoire du peuple juif jusqu'à la captivité de Babylone. Lecture de morceaux choisis dans les livres historiques de l'Ancien Testament. 1re div. en été: **Mangold**, en hiver: **Stroetzel**, 2e div. **Wetzel**.

2. ALLEMAND. (2 h.) Hopf und Paulsiek, *Deutsches Lesebuch für Tertia*. Récitation de poésies. Plans de compositions. Compositions. 1re div. **Mangold**, 2e div. **Wetzel**.

3. LATIN. (9 h.) Ovide, *Métamorphoses*, 1re div.: I, 1—150; 2e div.: VI, 146—381. Éléments de prosodie. Récitation de vers. (2 h.) 1re div. **Mangold**, 2e div. **Weber**. César, *De bello gallico*, 1re div.: I—II, 28; 2e div. VII, 68—90. V, 1—58. Syntaxe des cas. Revision des cours des classes inférieures. Thèmes, traduction orale du manuel de Gruber; *extemporalia*. (7 h.) 1re div. **Mangold**, 2e div. **Wetzel**.

4. GREC. (7 h.) Cours de grammaire élémentaire: les mots déclinables, les verbes en ω et les règles de l'augment et du redoublement. Traduction orale de morceaux choisis du manuel de Jacobs. *Extemporalia*. 1re div. en été: **Stroetzel**, en hiver: **Wetzel**; 2e div. en été: **Mangold**, en hiver: **Stroetzel**.

